Fragmentarium

Hiemis tempore id est a calendas novembris usque in
pascha iuxta considerationem rationis octava hora
noctis surgendum est ut modice amplius de media
nocte pausentur et iam digesti surgant; Quod vero res
tat post vigilias a fratribus qui psalterii ut lectionum aliquid indigent
meditationi inserviatur; A pascha autem usque ad supra
dictas kalendas novembris sic temperetur hora vigili
arum agenda ut parvissimo intervallo quo fratres
ad necessaria naturae exeant custodito mox matu
tini qui incipiente luce agendi sunt subsequantur.

QUANTI PSALMI DICENDI SUNT IN NOCTURNIS HORIS.

Hiemis tempore suprascripto in primis versu tertio dicendum Deus in adiutorium meum
intende. domine ad adiuvandum me festina
in secundo ter dicendum. Domine labia mea aperies et os meum
adnuntiabit laudem tuam; Cui subiungendus est tertius psalmus
et gloria; Post hunc nonagesimum iiii psalmum cum antiphona
aut certe decantandus. Inde sequatur ambrosianum;
Deinde sex psalmi cum antiphonis. Quibus dictis dicto
versu benedicat abbas. Et sedentibus omnibus in sca
mnis legantur vicissim a fratribus in codice super analogium
tres lectiones. Inter quas et tria responsoria cantentur;

Ego [illegible] Domnus [illegible] [illegible]

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 12v – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/48955)